

QUÆSTIO XII.

Quare Apostolus ait, quod in Deo vivimus, movemur, & sumus.

99. Notat Salvianus lib. 2. de guber dei, quod Apostolus non dixit ab ipso, sed in ipso moveri docens scilicet instam inter virtutes sacras omnium nostrum esse substantiam. Tamquam si in ipso essemus plantati, indeque inter cæteras virtutes sit in nobis instata quædam virtus, ad bene movendum, & agendum.

100. tria distincta membra ponit hic Apostolus: Vivimus, movemur, & sumus. Quæ variè, ac diversimode explicantur à Sanctis Patribus. Primo D. Ambrosius lib. de bono mortis cap. ultimo ait: Quod movemur in Deo, quasi in via sumus quasi in veritate, vivimus, quasi in via æterna. D. Cyprian. lib. de Baptismo Christi ait: Quod in Patre sumus, in Filio vivimus, in Spiritu Sancto movemur, & proficimus. D. Hilarius in Psalm. 135. omnia videtur referre ad Spiritum Sanctum qui ecclesiam Dei regit, & gubernat.

101. D. August. lib. 14. de trinitate ad totam trinitatem refert per ipsum, & in ipso sunt omnia, & ait: cap. 14. Magna hominis miseria cum illo non esse sine quo non potest esse, id est subsistere, in quo enim est proculdubio sine illo, & tamen si ejus non meminit, eumque non intelligit, nec diligit, cum illo non est. Tamen cum ad totam Trinitatem verba referantur, adhuc explicanda sunt singula membra.

102. D. Cyril. Bona interpretatio. noster D. Cyrillus Alexandr. lib. 9. in Joan explanat: movemur per ipsum non formaliter, sed effectivè: movemur per spiritus vitales, & animales, & consequenter per respirationem: Et sumus nempe conservatione, qua perduramus, & existimus.

103. Quædam Glossa, & recentiores Lorin Cornelius inquit: sic loquitur Apostolus in præsentibus respiciens ea, quæ supra dixerat vers. 25. Cum ipse det omnibus vitam, & inspirationem, & omnia, dat vitam qua vivimus, dat inspirationem, qua movemur, insuper dat omnia quibus sumus, ab eo participamus, habemus, & totum quod sumus ab eo dimanat, & acceptum obtemus, & ei omnia nostra referenda. Unde dicebat ille Philosophus Empedocles: Deus est circulus cujus centrum est ubique, circumferentia nusquam.

104. de hac eximia Dei providentia erga nos, qua nobis dat vitam, inspirationem, conservationem, multa & satis ampla dicuntur S. Patres, satis sit nunc audire Magnum Augustinum lib. de spiritu, & anima, qui sic ait: Hac, & multa alia fecit mihi Deus meus de quibus dulce est mihi semper cogitare, eum enim cum illis sit præsidens singulos implet, ubique præsens, universorum curam gerens, & tam singulis quam omnibus providens. Attente nota sequentia: Ita totum ad custodiendam meam occupatum video, quasi omnium oblitus sit, & mihi soli intendere velit semper se præsentem, semper se paratum offert quocumque me verto non me deserit, nisi ego prior eum deseram, ubicumque fuerit non recedit à me, quoniam ubique est, quocumque iterò inveniam eum, cum quo possum esse. Cum deus sit omnium Dominus, & singulis adsit præsens, ut provideat, tam sollicitè, ac promptè de unoquoque agit, ac si de illo solo, & de nullo alio esset attendendum: Quasi omnium oblitus sit, & mihi soli intendere velit, semper se præsentem exhibet, sem-

per se paratum offert. bonus pastor relinquit nonaginta novem oves pro una quærenda. Cum Judæi vellent apprehendere Christum, abiit trans Jordanem, ubi multi convenerunt ad illum, & crediderunt in eum Joan. 10. n. 40. Ubi cum accepisset nuntium de morte Lazari ait discipulis suis: Gaudeo propter vos: ut credatis, quoniam non eram ibi, sed eamus ad eum, Joa. 11. n. 15. In quo multa sunt expendenda, domine multi venerunt ad te trans Jordanem ut tua præsentia gauderent tuæque doctrina instruerentur, quomodo ergo eos nunc relinquis, & paras in Judæam mirantibus Apostolis, cum te ibi modo voluerint lapidare, ibi n. 8. tamen se preparat ad iter, & transit in Judæam quia illi, qui ad eum convenerunt, jam sufficienter erant illuminati in fide, tum etiam ut moraliter dicam ut externa specie ostenderet quantam curam gerebat de Lazaro ob ejus necessitatem: Quasi omnium oblitus sit, & mihi soli intendere velit, cum jam aliis non esset necessarius.

per se paratum offert. bonus pastor relinquit nonaginta novem oves pro una quærenda.

Cum Judæi vellent apprehendere Christum, abiit trans Jordanem, ubi multi convenerunt ad illum, & crediderunt in eum Joan. 10. n. 40. Ubi cum accepisset nuntium de morte Lazari ait discipulis suis: Gaudeo propter vos: ut credatis, quoniam non eram ibi, sed eamus ad eum, Joa. 11. n. 15. In quo multa sunt expendenda, domine multi venerunt ad te trans Jordanem ut tua præsentia gauderent tuæque doctrina instruerentur, quomodo ergo eos nunc relinquis, & paras in Judæam mirantibus Apostolis, cum te ibi modo voluerint lapidare, ibi n. 8. tamen se preparat ad iter, & transit in Judæam quia illi, qui ad eum convenerunt, jam sufficienter erant illuminati in fide, tum etiam ut moraliter dicam ut externa specie ostenderet quantam curam gerebat de Lazaro ob ejus necessitatem: Quasi omnium oblitus sit, & mihi soli intendere velit, cum jam aliis non esset necessarius.

Et audita morte Lazari ait: Gaudeo propter vos ut credatis quoniam non eram ibi, & pergit ut eum revocet in vitam, cum bene hoc posset facere, ut deus omnipotens ex loco, in quo erat, tamen personaliter accedit ut deprehendatur, quantum bonum ex ejus præsentia, quantum vero malum ex ejus absentia, ex ejus præsentia manavit vita, ex ejus vero absentia mors defluxit, Theophylact. apud D. Thom. Gaudeo, inquit, pro vobis; nam cum illic non existerem, confert ad majoritatem fidei vestre, quoniam si astissem agrotantem curassem, quod esset medicum signum ad virtutis mee indicium: Quia verò me absente supervenit mors, potius in fide mea corroboramini cum videritis me posse etiam defunctum putrescentem resuscitare.

Ait Jeremias 7. num. 3. Bonas facite vias vestras, & habitabo vobiscum in loco isto. Quæ verba sic legit Symmachus. Confirmabo vos in loco isto; tamquam si idem valeat, quod Deus inhabitet ac sit præsens habitationi nostræ, quod nos faciat in ea ibi perseverare ac sua protectione cõfirmet omnino bono, ne ab ea excludamur. D. Hieronymus ibi: Habitabo, inquit, vobiscum, ut securos vos faciam, sive vos ipsos juxta Symmachum firma habitatione fundabo, qui ait, & confirmabo vos in loco. Inde David promittens iustis, ac sanctis omne bonum ait Psalm. 139. n. 14. Habitabunt recti cum vultu tuo Ibidem D. August. Veniet à illis facies tua, abundans sufficientia. In ipsa Dei præsentia est abundans sufficientia omnium bonorum.

Unde optime à D. Cyrillo hierosolymit. Carech 4. gentiles saggillantur, qui pro aliquo tempore se à suis Diis delictuos dicebant, ut inde ptivarent omni emolumento, sic ait S. doctor. Cum itaque ab erraverint quidam ab uno Deo diversimode sentiebant: Ac alii quidem solem ponebant, ut occidente Sole, noctis tempore sine Deo essent, alii vero Lunam ut in die Deum non haberent.

Unde optime à D. Cyrillo hierosolymit. Carech 4. gentiles saggillantur, qui pro aliquo tempore se à suis Diis delictuos dicebant, ut inde ptivarent omni emolumento, sic ait S. doctor. Cum itaque ab erraverint quidam ab uno Deo diversimode sentiebant: Ac alii quidem solem ponebant, ut occidente Sole, noctis tempore sine Deo essent, alii vero Lunam ut in die Deum non haberent.

Unde optime à D. Cyrillo hierosolymit. Carech 4. gentiles saggillantur, qui pro aliquo tempore se à suis Diis delictuos dicebant, ut inde ptivarent omni emolumento, sic ait S. doctor. Cum itaque ab erraverint quidam ab uno Deo diversimode sentiebant: Ac alii quidem solem ponebant, ut occidente Sole, noctis tempore sine Deo essent, alii vero Lunam ut in die Deum non haberent.

Unde optime à D. Cyrillo hierosolymit. Carech 4. gentiles saggillantur, qui pro aliquo tempore se à suis Diis delictuos dicebant, ut inde ptivarent omni emolumento, sic ait S. doctor. Cum itaque ab erraverint quidam ab uno Deo diversimode sentiebant: Ac alii quidem solem ponebant, ut occidente Sole, noctis tempore sine Deo essent, alii vero Lunam ut in die Deum non haberent.

QUÆSTIO XIII.

Quare D. Paulus confirmat suam doctrinam dicto Poetarum, explicatur.

Valde ingeniosa est Apostoli Charitas, dictis poetarum, quibus delectabantur, corroborat suam doctrinam; quia dum intendunt audire Poetas percipiunt fidem Catholicam, ita suo genio alluciantur D. Chryso. in præsentibus ait: Quia unusquisque consuetudinis suæ amicitia ligatur, & Deus

& missi ab ipso ad totius orbis salutem homines, de ipso cujusque more gentis materia sibi assumunt dicendi. Vide quæ dixi supra q. 10. n. 81. 82. & 83. & tom. 3. in Evangel. cap. 2. q. 14. n. 98. 99. & 100. Ad dictum Pœtarum venio.

110. Poeta. Aratus. Huc cecinit Aratus antiquus, & celebris Poeta Antiocho Regi charus in deliciis à roma condita 472. patria Solensis, non longe à Tarso, ac proinde Pauli pene concivis. Præclare scripsit de stellis, ac signis cœlestibus græco idioma quem in latinum transtulit Cicero, hic Aratus sic modulatur: A Jove principium esse omnium, & omnia Jovis plena esse, & omnes Jove indigere, hujus etiam genus sumus.

111. Homo de pendet à Deo in fieri, & conservari. Hoc ultimam citatur ab Apostolo; quia progenies, & proles sumus Dei, utpote qui non semel, ut homo hominum, se semper, & continuo est in perpetuo influxu, ac generatione, conservando ac influendo in nos vitam, motum, ac totum est nostrum, ab eoque non solum in fieri, sed etiam in conservari dependemus; sicut Sol continuo egerit radios suos, & lumen illudque conservat.

112. Gen. 2. Joan. 5. perfecto, ac consummato officio totius orbis ait Sacer textus: Requievit deus die septimo ab universo opere, quod paravit. Genes. 2. n. 2 quomodo hoc coheret cum Evangelio Joan. 5. n. 17. Ubi ait Christus D. Pater meus usque modo operatur, & ego operor: Si omnia opera erant jam perfecta, & ultima manu jam adimpleta quomodo ait Christus D. quod ipse, & Pater adhuc modo operantur. deus in primo molimine requievit, à condendis novis generibus creatura, quia alia nova genera non condidit, tamen Christus, & pater usque modo operantur in administratione, & conservatione, & gubernatione creaturarum, quia omnia, quæ creavit, conservat, ab ejusque manu dependit D. August. lib. de genes. ad literam sic loquitur. Proinde quod Dominus ait: Pater meus usque nunc operatur, continua eorundem generum administratione, quæ nunc instituta sunt, & inde subjungit: Quæ propter sic accipimus Deum requievisse ab omnibus operibus suis quæ fecit, ut jam novam naturam ulterius nullam condiderit, non utique ut quod considerat conservare, & gubernare cessaret: Unde & verum est illud quod in septimo die requievit Deus, & illud quod usque nunc operatur.

De hoc late agit D. Ambrosius lib. 5. Hexameron. cap. 9. Considerans summam providentiam & industriam instam à Deo in uno quoque minutissimo animali, quod prævidens calamitates, ac adversitates temporum sibi contrarias diligenti solertia eas præcavere intendit; sic ait Sanctus Doctor: Unde exiguu animali tanta scientia, quo magis in eo nihil est, quod tantam habere possit prudentiam, crede, quod per indulgentiam Domini rerum omnium, id quoque munus præscientia hujus accepit.

113. D. Ambros. De hoc late agit D. Ambrosius lib. 5. Hexameron. cap. 9. Considerans summam providentiam & industriam instam à Deo in uno quoque minutissimo animali, quod prævidens calamitates, ac adversitates temporum sibi contrarias diligenti solertia eas præcavere intendit; sic ait Sanctus Doctor: Unde exiguu animali tanta scientia, quo magis in eo nihil est, quod tantam habere possit prudentiam, crede, quod per indulgentiam Domini rerum omnium, id quoque munus præscientia hujus accepit.

Act. 17. n. 30. Et tempora quidem hujus ignorantia despiciens Deus, nunc annunciat hominibus, ut omnes ubique poenitentiam agant.

Versiones. CUM EXPOSITIONE VI. Usque ad Vers. ultim.

114. Syriac. D. Chryso. I. Vers. 30. Et tempora quidem hujus ignorantia despiciens Deus. Syriac. Tempora igitur Idololatriæ præterire fecit. Arabicus: Ab annis stoliditatis amovit nos Deus. D. Chryso. Cum diffi-

mularet Deus. Æthiopic. Et antiqua tempora, quia Æthiopi. ignorantes erant remisit eis Deus.

115. D. Chryso. I. Tripliciter exponitur Text. Primo D. Chryso. stomus, Oecumenus: Despiciens Deus, id est contemnens, seu ut legit Chryso. Dissimulans vestram idololatriam, non puniendo, sed miserando ob vestram ignorantiam, & huic expositioni favet lectio Æthiopica, quia ignorantes. Secundo Lyranus: Despiciens tempora hujus ignorantia, scilicet Idololatriæ, statuit eum evertere, ac destrucere, ne ultra perduret, & favet Syriac. Tempora Idololatriæ fecit.

116. Magis gemina expositio. Tertio, & maxime deus permittit, & contempnit gentes degere in tenebrosa ignorantia idololatriæ usque ad adventum Christi, at ipso veniente Qui datus est in Lucem gentium. I. Iai. 49. num. 6. Et populus, qui ambulabat in tenebris; vidit lucem magnam. I. Iai. 9. nunc vero hac suprema luce Christus vos illuminat ad salutem, & poenitentiam. Pro hac stat lectio Arabica: Ab annis stoliditatis amovit nos Deus.

117. Arabic. Origenes. Vers. 31. Judicaturus orbem in aequitate. Arabicus: Cum justitia. Origenes; Potestate. Æthiopicus: In virtute. Sensus est, dum vivimus agamus poenitentiam quia adveniet tempus judicii, in quo peccata non remanebunt impunita, quod judicium exercendum est per Christum Dominum, Pater omne Judicium dedit filio Joan. 5. n. 22.

118. Syriac. Vers. 32. Quidam irridebant. Syriac. Subsannabant quia cum resurrectio sit miraculū supra vires naturæ, Quidam dixerunt audiamus iterum de hac re nisi ut magis prudentes voluerunt rem iterum audire, ut tantam rem magis considerarent.

119. Æthiopic. Vers. 33. Paulus exivit, Æthiopic. Exivit Paulus ab Athenis, ut videbimus initio capituli sequentis vers. 34. Dionysius, de quo quæstione sequenti & mulier nomine Damaris. D. Chryso. I. de Sacerdot. S. Ambros. epistol. ad Vercel. Helvidius in vita S. Dionysii. Lyranus dicunt fuisse uxorem sancti Dionysii, quia vox græca significat mulierem, & uxorem; contrarium videtur sequi D. August. serm. de seminatore, & mihi est conjectura quia facilius, & brevius dixisset D. Lucas mulier ejus, quæ mulier quedam exprimitur autem; ut mulier nobilissima, & primaria, quæ in Christum credit in Menologio Græcorum habetur die 4. Octobris.

QUÆSTIO XIV.

Quare tam insigniter Dionysius Areopagita scribitur à D. Luca?

120. A It Evangelista, quod inter eos, qui crediderunt in Christum, extiterit Dionysius Areopagita Syriac. Ex judicibus Areopagi Arabic. Dionysius judex peritissimus, & contra Bedam, atque alios dicendum est, quod diversus sit habendus noster Areopagita, ab illo alio Episcopo Corinthi, quæ seculo multum posteriore fuit: quod satis late probat Baronius in notis ad Martyrologium die 9. Octobris.

121. Ad ejus conversionem cum dictis Pauli multum conduxit Eclipsis visa in morte Christi, cum clamaret, Au Deus natura patitur, aut mundi machina dissolvitur. Discipulis pauli per triennium ei adhæsit, ab ipso creatus est primus Episcopus Atheniensium; deinde cum eodem Apostolo venit Jerosolymam morti, ac funeri Sacratissima Virginis præsens fuit, atque ab ipsa ejus benedictionem meruit accipere, ut ipse scribit.

122. Post mortem D. Pauli, monitis S. Joannis Apostoli venit

Venit Par. 11.

venit Romam ad Sanctum Clementem, quo missus est in Galliam cum suis coadjutoribus Rustico, & Euthero, Illustrique martyrio Laureatus occubuit Parisiis die 9. Octobris anno Christi 119. sub Adriano Imperatore, anno aetatis suae 110. ut scribit Baronius.

113.

Ille est vera scientia que nos ducit ad vitam.

O vera, & felix Astrologica scientia, quae dum contemplatur naturalia, ascendit, & fertur ad supernaturalia: Ecce Magi ab Oriente venerunt ubi est, qui natus est Rex Iudaeorum; Vidimus stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Matth. 2. n. 2. Reges erant, & cur non regni decore reges, sed a cultu sapientiae magi nominantur: quia utpote Magi per suam astrologicam scientiam speculatores stellarum erant, & soliti contemplari earum naturam, motum, ac dispositionem, & cum praeter naturam ordinem vidissent novam stellam, novum Regem intellexerunt, indeque per stellam tamquam manu ducuntur ad novum inquirendum Regem, non considerantes pauperatatem, qua apparebat in terris, sed potestatem, qua fulgebat in Coelis. D. Chrysof. homil. 8. in Matth. inquit: Idcirco nihil ibi de sensibilibus istis grande conspicitur, sed angustum turgurium, ac vile praesepium, & inops mater, &c. Ut melius nota Magorum Philosophia claresceret, &c. Qui tamen plurimum a Iudaeorum ruditate distarent, & Ecclesiastica Philosophia convenirent.

D Chry. soft.

124. Math. 11. 3. Reg. 10.

Regina Saba venit a finibus terrae audire sapientiam Salomonis Matth. 12. n. 42. & 3. Reg. 10. n. 1. Et unde mulier tam vehementer flagraverat tanto sapientiae desiderio, ut pro audiendo Salomone tam longinquas terras itinere superasset: Erat illa multum sapiens in doctrina Philosophorum, ut tradunt praedicis in locis Ioseph, Rabanus, Abulensis, Hugo, & alii, & dum philosophiam naturalem quaerit in Salomone, aliam altiore invenit, ut ait Origenes homil. 2. in Cantica; nempe divinae legis, ac Scripturae ab illa acceperunt Aethiopes notitiam divinarum literarum, & ideo Aethiops Reginae Candacis ibat legens Iliam Prophetam. Act. 8. n. 28. ut ibi dixi ex impulsu scientiae naturalis ad majora, & altiora ascendimus.

Ioseph. Raban. Abulens. Dum quaerit terrenam scientiam invenit caelestem.




CAPUT XVIII.

- 1. Post haec egressus ab Athenis venit Corinthum,
- 2. Et inveniens quendam Iudaeum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam uxorem eius (eo quod praecepisset Claudius descendere omnes Iudaeos a Roma) accessit ad eos.
- 3. Et quia eiusdem erat artis manebat apud eos, & operabatur: (erat autem Scenofactoria artis.)
- 4. Et disputabat in Synagoga per omne Sabbatum interponens non nisi Domini Iesu, suadebatque Iudaeis, & Graecis.
- 5. Cum venissent autem de Macedonia Silas, & Timotheus, instabat verbo Paulus, testificans Iudaeis esse Christum Iesum.
- 6. Contradictentibus autem eis, & blasphemantibus, excutens vestimenta sua, dixit ad eos: san-

quis vester super caput vestrum mundus ego ex hoc ad genes vadam.

- 7. Et migrans inde, intravit in domum cuiusdam, nomine Titi Iusti, colentis Deum, cuius domus erat conjuncta Synagoga.
- 8. Crispus autem Archisynagogus credidit Domino cum omni domo sua: & multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur.
- 9. Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo: Noli timere, sed loquere, & ne taceas.
- 10. Propter quod ego sum tecum: & nemo apponetur tibi, ut noceat te, quoniam populus est mihi multus in hac civitate.
- 11. Sedet autem ibi annum, & sex menses, docens apud eos Verbum Dei.
- 12. Gallione autem proconsule Achaiae, insurrexerunt uno animo Iudaei in Paulum, & adduxerunt eum ad Tribunal.
- 13. Dicentes: Quia contra legem hic persuadet hominibus colere Deum.
- 14. Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Iudaeos: si quidem esset iniquum aliquid, aut facinus pessimum, o viri Iudaei, recte vos sustinerem.
- 15. Si vero quaestiones sunt de verbo, & nominibus, & lege vestra, vos ipsi videritis: Iudex ego horum nolo esse.
- 16. Et minavit eos a tribunali.
- 17. Apprehendentes autem omnes Sosthenem Principem Synagoga, percutiebant eum ante tribunal, & nihil eorum Gallioni cura erat.
- 18. Paulus vero cum adhuc sustinisset dies multos, fratribus valefaciens, navigavit in Syriam (& cum eo Priscilla, & Aquila) qui sibi rotundatam Cenchrus caput: habebat enim votum.
- 19. Devenitque Ephesum, & illos ibi reliquit. Ipse vero ingressus Synagogam, disputabat cum Iudaeis.
- 20. Rogantibus autem eis, ut ampliori tempore maneret non consensit.
- 21. Sed valefaciens, & dicens: Iterum revertar ad vos, Deo volente, profectus est ab Epheso.
- 22. Et descendens Caesaream, ascendit, & salutavit Ecclesiam, & descendit Antiochiam.
- 23. Et factis ibi aliquanto tempore profectus est, perambulans ex ordine Galaticam regionem, Phrygiam, confirmans omnes discipulos.
- 24. Iudaeus autem quidam Apollon nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, devenit Ephesum, potens in scripturis.
- 25. Hic erat edoctus viam Domini, & fervens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea, quae sunt Iesu, sciens tantum baptismum Iohannis.
- 26. Hic ergo cepit sicutialiter agere in Synagoga, quem cum audissent Priscilla, & Aquila, assumpserunt eum, & diligentius exposuerunt ei viam Domini.
- 27. Cum autem vellet ire Achaiam, exhortati fratres, scripserunt discipulis ut susceperent eum. Qui cum venisset consulit multum his, qui crediderant.
- 28. Vehementer enim Iudaeos revincebat publice, ostendens per Scripturas esse Christum Iesum.



ARGUMENTUM.

DISCEDIT Paulus ab Athenis, venit Corinthum, ibique divina visione recreatus de multa conversione fidelium accusatur a Iudaeis apud Proconsulem Gallionem, descendit inde, & peragratis Epheso, aliisque locis venit Caesaream, inde Antiochiam, ubi Apollo maxime instructus confutans convincit Iudaeos.

Act. 17. n. 1. Post haec egressus ab Athenis venit Corinthum.

Versiones,

CUM EXPOSITIONE. I.

usque ad Vers. 6.

- 1. Vers. 1. Post haec egressus, Aethiopic, profectus ab Athenis. Causam assignat Chrysofostomus; quia Athenienses novitatis amatores iam erant sanaturi doctrina Pauli, & aliam novam perquirebant, dicam etiam in laudem D. Dionysii; quia cum ipse adesset, sufficiens erat ad omnes fideles firmandos, ac corroborandos, ideoque Apostolus ad alios debuit transire.
- 2. Venit Corinthum Metropolis erat Achaiae, sive Peloponnesi, quae nunc Morea dicitur, & plena erat Philosophis, Oratoribus, ac sapientibus, & in ea scripsit Paulus suam primam Epistolam ad Thessalonicenses.
- 3. Vers. 2. Aquilam Ponticum genere, ac si à Pontificibus originem traheret, vel ex Provincia Pontica, quod Praecipisset Claudius describere omnes Iudaeos à Roma; quia Iudaei cum Christianis habebant semper magnas controversias, inde ne fieret aliqua seditio in populo iuber Claudius Iudaeos à Roma exire: Accessit ad eos, Arabicus: Se contulit ad eos, scilicet ad Paulum, ac ejus socios.
- 4. Vers. 3. Et quia eiusdem artis erat, Aethiopicus, Qui unius artificii erant, nempe Aquila, & Paulus, & ideo simul cohabitabant: Erant autem Scenofactoria artis. Syrus: Opifices Conopaeorum, Vatablus: Analaeorum, Graecus: Tabernaculorum, Arias: Erat illorum texere tabernacula, id est tentoria, quorum quorum usus, ut ait Lyranus, est in bello, vel, ut ait Beda, in itinere, & communiter fiebant ex pellibus de quo infra.
- 5. Vers. 4. Disputabat per omne Sabbatum. In quo Iudaei conveniebant; ceteris autem diebus privatim per particulares domos plurimos docebat, vel, ut ait Liranus intendebat operi manuali: Interponens nomen Domini Iesu, tum ob affectum ad hoc sanctissimum nomen, tum ut illud maxime insinuaret in cordibus audientium, ac virtute illius eorum animos emolliret: Suadebatque Iudaeis, & Graecis, Arabicus: Pures Iudaeos, ac Graecos ad fidem convertit.
- 6. Vers. 5. Cum venissent de Macedonia, scilicet Berea, & Thessalonica, in quo remanserant supra cap. 17. n. 14. Timotheus, & Silas Instabat & vero Paulus Syriac, constringebatur sermone, Pagnin. Spiritu nempe vehementi, atque ardenti zelo animarum, ut dicitur supra c. 17. n. 16. Coarctabatur spiritu, Arabic In praesenti legit: Obsedit moror spiritum Pauli, cum omnes non reciperent fidem Christi.
- 7. Vers. 6. Contradictentibus autem eis, & blasphemantibus. Syrus, Cum insurgerent Iudaei in eum.

Arabicus: Cum perstissent contradicentes, Convitantes tam Christum, quam Paulum. Excutens vestimenta sua, eandem ob causam ob quam excussit pulverem pedum supra c. 13. n. 51. Vide ibi dicta, Sanguis vester super caput vestrum & est sensus, mors vestra aeterna vobis impugetur, & noluitis, quod meum erat, fecit vobis.

QUESTIO I.

Quis sit Aquila iste, de quo in praesenti agitur?

Aquila Ponticum genere, tamquam à pontificibus trahens genus, ut multi volunt, alii enixi in Syriaca lectione, quae habet, Cum esset à regione Pontica, eam in tali regione natum conscribunt, Iudaeus extitit, & postea Christianus, & illustrissimus sanctus cum uxore sua Priscilla, seu Prisca, & maxime ab Apostolo laudatur Rom. 16. n. 3. Salutate Priscam, & Aquilam adjutores meos in Christo. Et similiter 1. Corinth. 16. num. 19. & 2. ad Timoth. 4. num. 19. Et Aquila cum uxore sua Priscilla Sanctorum Catalogo adscribunt Martyrolog. Roman. die 8. Iulii.

Ex quo patet, quam distinctus sit hic Aquila ab illo alio, qui sub Adriano Imperatore primus post septuaginta transitit testamentum vetus ex Hebraeo in Graecum, & ex Christiano Iudaeus factus ut dixi opusculo primo de scriptura.

QUESTIO IX.

Quare Claudius Imperator exclusit Iudaeos à Roma?

Anno 9. Claudii, Christi D. 51. ipse Claudius promulgavit edictum, ut omnes, qui ex Iudaeis nati erant sive essent in Iudaismo, sive in Christianismo à Roma exirent: Causam huius expulsionis primo assignant Lyran. hugo, quod nempe Messalinam Claudii uxorem pellexissent ad Iudaismum, nam etiam ex simili causa Tiberius eosdem à Roma praescriperat, id quod Fulvia Saturni Senatoris uxore ad Iudaismum traxissent, & ab ea aurum & purpuram extorsissent, ut scribit Ioseph lib. 18. antiq. c. 1. & 8.

Probabilius aliam causam assignat Suetonius in Claud. c. 25. quod cum Iudaei essent in perpetua altercatione circa supremum Regem Christum, & Claudius (teste ipso Suetonio) naturam esset timidus, ne suum imperium amitteret, ut solum ad nomen, vel umbram alieni Regis exhorresceret, ne ergo aliquod periculum sibi à novo Rege, vel ejus asseclis eveniret, iussit omnes, qui quodammodo ad illum spectabant, à Roma excedere. Ita ex Suetonio, Orofio, Beda, Adone, ac aliis probat Baronius.

Deinde inter Iudaeos convertos, & Christianos, & Iudaeos obsecatos, magna erat distinctio, ac controversia, & ne inde aliqua commotio fieret in civitate,